



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Honestate Canonicoꝝ, Et Alioꝝ
Ecclesiasticorꝝ Specvlꝝ**

Langhe-Cruys, Johan

Duaci, 1587

In nulla beneficiaria prouisione, siue admissione ad possessionem alicuius
beneficij quicquam soluendu[m] esse. cap.iii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63733)

mosynarum exactiones potius, quam postulationes, aliaque huiusmodi, quæ à Simoniacæ labe, vel ceteri turpi quæstu non longè absunt, omnino prohibentur.

In nulla beneficiaria prouisione, siue admisione ad possessionem alicuius beneficii quisquam soluendum est.

CAP. III.

IN pluribus ecclesiis tam cathedralibus, quàm collegiatis, & parochialibus, ex earum constitutionibus, aut ex praua consuetudine obseruari intelligitur. Cetera Synodus Tridentina*, vt in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia prouisione, siue admisione ad possessionem alicuius cathedralis ecclesiæ, vel beneficii, canonicatum, aut præbendarum, vel partem proventuum, ad distributiones quotidianas, certæ conditionis, deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationes siue illicitæ, aut etiam quæ in alijs ecclesiis dicuntur turnorum lucra, interponantur, cum sancta Synodus detestetur, mandat Episcopis, quæcumque huiusmodi in vsus pios non conueniant, atque ingressus eos, qui Simoniacæ labe, aut avaritiæ suspitionem habent, fieri non permittant, quæ diligenter de eorum constitutionibus, siue consuetudinibus super prædictis cognoscant: & illas quas vt laudabiles probauerint, exceptis, etiam si prauas, ac scandalosas, reijciant & aboleant. Eiusmodi qui aduersus hæc in præsentis decreto comparatis, quauis ratione commiserint, penis contra Simoniacos editis, hæris canonibus, & varijs summorum Pontificum constitutionibus, quas omnes innouat, & decernit: non obstantibus quibuscumque statutis, constitutionibus, quas omnes innouat, tenet, & decernit, obstantibus quibuscumque statutis, constitutionibus, consuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam apostolica auctoritate confirmatis, de quarum subreptione, obreptione, & intentionis defectu Episcopus, vel Apostolica Sedis delegatus cognoscere possit.

in sess. 24. cap. 14. de refer. de-cret. 2.

In beneficiaria prouisione vel eorum possessione capiendi, que unquam soluantur in proventus conuersionem.

Quibus penis obnoxius sit recipiens aliquid in beneficiarum prouisione vel possessione, quod non conuertatur in proventus.